



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

4. Quid sit esse in nostra potestate, seu actum habere in potestate, iuxta Augustinum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13704**

voluntate ad id quod videtur, adduci. Vnde si & ita est hominis conditio, statim inferri sequi, quod nihil eorum quæ nostro arbitratu statuimus, in nostra est potestate: maiori enim potentia (id est, aliena potestate) trahuntur instituta & proposita ad id quod libet ei qui dominatum obtinet. Et vim libertatis ponens in eo quod aliquid sit in nostra, non aliena potestate: Qui in universitatem liberam habet potestatem, propter summum in homines honorem, dimisit etiam aliquid in nostra potestate, cuius unusquisque nostrum solus est Dominus. Hoc autem est liberi arbitrii libera electio, quæ subigi nequit & sui iuris est. Hoc est, quæ non est in aliena potestate & iure, sed suo. Quam vim graeci nominis ἀρετῆς, acutissime brevissimeque expressit Basilus dum τὸ ἀρετῆς οὐκ ὀπίσθησεν, hoc est, id quod est sua potestate, & quod est sui aliena potestate. Sed apertissime doctrinā istam tradit Damascenus multis locis. Nam in lib. 2. Orthodoxæ fidei: Cum liberi arbitrii participes a summo illo opifice conditi simus, hinc effectus, ut actiones nostræ in nostra potestate sint. Et mox unum per alterum explicans: Si nulla actio in nostro arbitrio & potestate sita est &c. Et alibi eodem prorsus modo: Nemo putatur hominem operum suorum auctorem esse, eaque in arbitrio suo ac potestate habere. Et inferius: Aut enim rationis participes homines erit, aut si ratione praediti sit, penes eum quoque actionum a. b. r. i. u. m. a. p. o. t. e. s. t. a. t. e.

siæ futura est. Et iterum: Ea quæ sunt partim in nostra potestate sita sunt, partim minime sita. In nostra potestate sunt ea quæ liberum est nobis facere vel non facere. Respectu quorum dicit postea in nobis esse, liberam potestatem. Et ad verbum Manichæos: Nam cum na conditi simus ut nobis arb. r. y. libertas in se, in nostra potestate hoc situm est, ut &c. Hinc & D. Thomas Graecos imitatus, Deum vocat liberum & per se potestativum. Ad D. Thom. in cuius imaginem hominem conditum esse dicit, quatenus & ipse suorum operum principium, quasi liberum habens arbitrium, & suorum operum potestatem. Et mox illam liberi arbitrii rationem explicat per hoc quod est homo actuum suorum Dominus per rationem & voluntatem, seu per liberam arbitrium, hoc est, quod eos habet in potestate. Ex quibus consequens est, arbitrium & hominem esse liberum, quatenus est sua, non alienæ potestatis, quatenus est sui, non alieni juris, quatenus est Dominus & gratia sui, non serviens alteri, in cuius videlicet potestate & iure sit res vel actio, respectu cuius libertas exploratur. Nam quod alienæ potestatis & iuri obnoxium est, illā consideratione non est liberum, quia nec sui juris nec suæ potestatis est, sed alienæ potestatis terminis coercetur. Nec dominatur, sed eatenus servit alteri, nec gratia sui est, sed alterius causa.

CAPVT QVARTVM.

Quid sit esse in nostra potestate, seu actum habere in potestate, juxta Augustinum.

QVA cum sint, nunc diligentius explorandum est, quid sit aliquid actum aut rem esse in nostra potestate, seu nos habere aliquid in potestate, ut accuratius constare possit, quid sit esse aliquid in libero arbitrio, & consequenter, quid sit arbitrium esse liberum respectu alicuius. Recenti res enim imaginatur, illum contrarium modo actum esse in nostra potestate, hoc est, in libero nostræ voluntatis arbitrio, & illud tantum nos esse Dominos, quem pro libertate nostro positis omnibus ad agendum necessarium posuimus facere & non facere. Quam in re, juxta Augustini sententiam creberrimè nobis explicatam, sine dubitatione fillatur. In eodem igitur loco, ubi de natura liberæ voluntatis ex professione disputans, id liberum nobis esse constituerat ut supra vidimus, quod est seu quod habemus in potestate, mox definit id esse seu habere nos in potestate, quod cum volumus, facimus. Quam definitionem in eodem loco legitur iterari. Et quamvis eam paulo post conversionem suam adversus Manichæos tradiderit, eam tamen ad finem vitæ usque servavit, & crebro ad verbum omnes hæreticos, veluti doctrinam certissimam inculcavit & explicuit. Iam enim Episcopus cum Ariano Episcopo Maximo dillorens: Hoc habemus in potestate, quod cum volumus, possumus. Præcipuum vero id nobis esse agit, ut quod iam est in potestate faciamus. Et autem nomen

est in potestate, notamus nobis potestatem dari &c. Et cum Pelagianus aperto Marte contingens eum sibi quaestionem proposuisset, utrum fides hoc est, credendi actus esset in nostra potestate, ita loquitur: Quid igitur ultra quaerimus, quando quidem hanc dicimus potestatem, ubi voluntati adisset, & sit. c. 31. si ultra faciendi? Vnde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit, si non vult, non facit. Quam definitionem eius, ut recte intellexerimus, differentiam voluntatis & potestatis accuratissime tradit, quam ipsis eius verbis potius quam meis, hic subiiciam: Cum duo quædam sint velle & posse, unde nec qui vult, etiam continuo potest, nec qui potest continuo vult: quia si vult, ut volumus aliquid quod non possumus, sic etiam possumus aliquid quod volumus, sed ut ex hoc etiam ipse vocabulus resonat, quod ab eo quod est velle voluntas: ab eo autem quod est posse potestas. Iam accipit. Quapropter sicut qui vult habet voluntatem, ita potestatem qui potest. Sed ut potestate aliquid fiat, voluntas alterius, id est, adesse debet. Et hoc est, quod presentia voluntatis infallibiliter arguit, utrum facere sit in nostra potestate. Si enim voluntate faciendi imperante fiat, actio illa est in nostra potestate, si non fiat, extra potestatem nostram, & proinde in certatem constituta est. Et jam senex reo. Etans libros suos, crebro eandem illam definitionem repetivit. Nam libro primo Retractationum: Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus, possumus, nihil tam in nostra potestate &c. Quæ in tract. c. 31.

Dd potestate

potestate nostra non est nisi quod nostram sequitur voluntatem. Et libro secundo Retractationum illam exponens sententiam suam, qua dixerat esse in cuiusque potestate quod velit non tamen esse in cuiusque potestate, quod possit: Quod ideo, inquit, dictum est, quia non dicitur esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus fit. Quapropter ex hac doctrina toties iterata patet, ut cognoscamus, utrum aliquid in potestate nostra, seu nobis liberum sit, hoc intuendum esse, utrum fiat quando volumus. Si enim fiat quandocumque volumus, & non fiat quando volumus, liberum est; si vero cum volumus, non fiat, vel si nolumus, fiat, certissimum est, non esse nobis liberum, quia non est in nostra potestate.

Hinc igitur fit, ut imprimis passiones seu id quod patimur minimè soleant nobis esse liberae, quia minimè in potestate, dum plerumque nolentibus fiunt. Vnde Augustinus, Homo in eo quod pateris potestas tua non est: in eo quod facis voluntas tua non est. Et libro octavo de Civitate Dei, ubi ex professo de libertate voluntatis humanae, seu de libero arbitrio disputat, cum dixisset, voluntates nostras in eo apparere, quod volendo facimus, mox de passionibus adjecit: Quicquid autem aliorum hominum voluntate nolens quisque patitur, etiam sic voluntas valet, etsi non illius tamen hominis voluntas, sed potestas Dei est. Quo indicat, passionem illam non esse liberam homini patienti, quia non est in eius potestate, dum fit quando non vult, sed homini eam inferenti, vel Deo. Actiones vero cum aliae sint nostrae, aliae non nostrae: & ex nostris aliae sint imperatae, aliae elicita, in omnibus illis libertas invenitur, gradatim major & minor, quo magis ad ipsum fontem libertatis, ipsos, inquam, elictos actus voluntatis acceditur. Nam quantum ad alienas actiones attinet, ille in potestate nostra sunt, & consequenter liberae, quae fiunt quando volumus, ut combustio domus, motus brutorum, & similes quarumcumque creaturarum irrationalium actiones, in potestate nostra sunt, quando nobis imperantibus fiunt: si vero nobis volentibus non fiunt, vel nolentibus fiunt, in potestate nostra non sunt. Idem iudicium de actionibus imperatis, extra voluntatem. Nunc enim, verbi gratia, ambulare, manus movere, loqui, videre, & similes actiones in potestate sunt, cum voluntate imperante membra sequuntur, cum vero non sequuntur voluntatis imperium, ita ut homine nolente fiant, vel volente non fiant, non sunt amplius in potestate, & proinde non liberae. Vnde de motibus genitali in jam non amplius in arbitrio nostro sitis Augustinus: Quid est quod oculi, labia, lingua, manus, pedes &c. ut ad opera sibi congrua moveantur, positum in potestate est (hoc est, in liberi arbitrij potestate situm est) quando ab impedimento habemus liberum & sanum: ubi autem ventum fuerit ut filij semmentur ad voluntatis nostrum membra in hoc opus creata non servantur, sed expectatur ut ea velut sui iuris, id est, sui arbitrij, libere commoveant, & aliquando hoc facit animo volente, cum aliquando factus & nolente? Vbi esse in

potestate & ad nutum voluntatis seu quando volumus nobis servire, idem est: sicut vice versa, fieri animo nolente, idem est quod esse extra liberi arbitrij potestatem & imperium. De cuius libertatis amissione subiicit: Hinc enim non erubesceret humani libertas arbitrij, quod contemnondo imperantem Deum, etiam in membra propria propriam perdidisset imperium? Quia scilicet non movetur aut quiescunt nutu libertatis, sed ardescunt vel frigescente libidine. Idem profus & in internis facultatibus, intellectu, memoria, phantasia &c. locum habet. Nam earum actiones saepenumero non sunt nobis liberae, quia extra potestatem nostram posita: Nemo habet, inquit, in potestate, quid ei veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propria voluntatis, hoc est, liberi arbitrij: per hoc enim explicat quid ante dixisset, esse in potestate. Et mox: Qui nesciat non esse in hominis potestate quid sciat? Et illud solemne Ambrosij crebroque ab Augustino repetitum: Non est in potestate nostra cor nostrum & nostra cogitationes. Quid quod & in ipsa potentia voluntatis hoc idem videre licet? Nam quamvis fons totius libertatis, quae in omnibus nostris emicat actionibus, ex voluntate extrorsum fluat, ut jam diximus, tamen in ipsa voluntate multae volitiones sunt certis temporibus, & certa consideratione extra potestatem, & ideo tunc eatenus etiam extra libertatem. Nam & ibi voluntas potest velle actiones quae tunc quando vult eas, extra potestatem constitutae sunt, atque ita tunc homini non sunt liberae. Sic enim potest homo velle, velleitate quadam amare Deum tanto amore quanto S. Paulus amavit, & nondum potest, quia hoc nondum datum est, quemadmodum quotidie videmus, peccatores velle continere, & nondum posse: quia continere nondum est in eorum potestate, ideoque nec libertate. Qua de causa Christus dixit: Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Dantur enim impotentiae seu infirmitates etiam in voluntate, ut experientia imo & Catholica fide certum est: ad quas superandas non sufficit velle, sed requiritur posse, quod homini divinitus dari debet. Hac igitur consideratione, quia non fit aliquid, quando vult homo, etiam in ipsa potentia voluntatis quaedam actiones certis temporibus non sunt liberae. Vnde August. vehementer Pelagium reprehendit, qui dicebat, in nostra esse positum potestatem, hoc est, ut addit, solam sufficere voluntatem hominis, ut in peccatum tentari non incidamus. Et libro 3. de libero arbitrio dicit, hominem, secundum se videlicet consideratum, non habere in potestate ut bonus sit, nempe propter ignorantiam & infirmitatem. Vnde addit explicans quid dixerit, non esse in potestate: Nec mirandum est, quod vel ignorando non habeat liberum arbitrium voluntatis ad eligendum quod recte faciat &c. Sed de his alias ex professo disputandum erit. Hic sufficit annotasse, etiam quasdam voluntates seu volitiones in certo statu non esse in potestate seu arbitrij libertate, quemadmodum non est Deo aut beatis liberum velle peccare, nec demonibus aut hominibus infidelibus Deum

Lib. 2. c. 1.

De urbis ex-  
vito cap. 3.

Lib. 5. de Ci-  
vitate cap. 10.

Lib. 1. de  
nostr. cap. 6.

Ubi

Lib. de Spir.  
S. lit. 234.

Cap. 33.

Lib. de don.  
nostr. c. 13.  
2. Cor. 10.  
24. 4.

Epist. 14.

Lib. 3. de lib.  
arbit. c. 10.

Ubi

Deum diligere, aut credere articulos quos nunquam audiverunt, August. dicente: Nullo modo dici potest id quod non audieras, crederes si velles. Hoc est, non potest dici hoc esse in hominis potestate seu arbitrio, hoc enim in potestate & arbitrii libertate est, quod si volumus facimus. Liquet igitur facile ex his quae diximus, omnium interiorum facultatum & sensuum

externorum, adeoque membrorum & rerum quarumcumque; actiones eatenus esse in nostra potestate, & consequenter nobis liberās, quatenus voluntati nostrae subjacent, siue quatenus eas facimus quando volumus, eoque magis aut minus, quatenus imperium voluntatis in his eliciendis & coercendis plus juris & potestatis obtinet.

C A P V T Q V I N T V M.

Omnis voluntas quo modo fit in potestate, & libera.

**N**unc ipsum cubile totius libertatis A lustrandum est; ipsa inquam voluntas nostra, hoc est, volitio, quam sequendo liberum nobis est, quicquid liberum est, & in potestate nostra quicquid in potestate est. Nam quamvis una voluntas seu volitio aliam imperare possit voluntatem, quae ideo libera nobis sit quia in potestate nostra; & ideo in potestate nostra quia sequendo imperantem voluntatem eliciamus eam cum volumus, & cum nolumus non eliciamus; prima tamen illa voluntas imperans, quam imperata velut in potestate nostra, ideoque libera sequitur, per quam aliam volitionem erit in nostra potestate? Respondeo per nullam aliam, sed per se ipsam: unde etiam ratione nullus alterius volitionis libera nobis est sed ratione sui. Quod ex definitione liberi supra tradita perspicue patet. Nihil enim magis fatimur quando volumus, quam ipsam volitionem: & ideo nihil magis in potestate nostra quam ipsa voluntas, id est, volitio constituta est. Est enim ipsa radix totius libertatis quae in omnibus omnino actionibus siue externis siue internis apparet, propter quam solam illae in nostra potestate sunt. Itaque libera est voluntas, hoc est, volitio ratione sui, quia est essentialiter libera. Implicat enim contradictione, ut voluntas non sit libera, sicut implicat ut volendo non velimus, aut non faciamus quod volumus hoc est, ut voluntas non sit voluntas. Hoc enim in plerisque simplicissimis locum habere solet, ut quod alijs competit per accidentalia & extra essentialiam posita, hoc ipsis per se ipsa competat. Quicquid enim differt ab alio, per differentiam differt, ipsa vero prima differentia se ipsa differentia est; & quicquid visum differt, ab albedinis participatione differt, sed ipsa albedo per se; & quicquid ungitur alteri, unione velut vineolo unitur, sed ipsum vineolum unionis rebus unione unitis per se unitum est. Ita quicquid liberum & in potestate nostra est, per voluntatem, id est, volitionem nobis liberum & in potestate est, sed ipsa volitio per se; quia per se ipsa fit, quando volumus.

Sed ipsum jam D. Augustinum accuratissime hoc ipsum explicantem; & velut rem in primis intellectu necessariam crebro inculcandam audiamus. In libro igitur tertio de libertate arbitraria, ubi tota disputationis mole istud

agitur, quo pacto per praesentia divina necessitate, non perimatur libertas voluntatum nostrarum, cum necesse sit omnino fieri quicquid praevideri futurum Deus, ita libertatem voluntatis, id est, volitionis asserit, ut nihil aliud probet, quam eam esse voluntatem, & consequenter eam fieri quando volumus, & ideo esse in potestate nostra & liberam nobis. Cum enim Evodius quicum disputat, dixisset, se nunc beatum esse velle, sed nondum esse, eo quod hoc non esset in potestate sua, sed penderet a voluntate Dei, & proinde sibi hoc non esse liberum, responderet Augustinus: Optime de te veritas clamat: Non enim posses aliud sentire, esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus facimus. Quapropter nihil tam in nostra potestate, quam ipsa voluntas est: Ea enim, pro, in, nullo inextinguibile, mox ut volumus, praesto est. Et ideo contradictionem illam quam supra sequi ex eo diximus, quod voluntas seu volitio nostra esse diceretur, & non tamen in nostra potestate, nec libera, luculenter ostendens: Et ideo, inquit, recte possumus dicere, non voluntate vivimus, sed necessitate, aut non voluntate morimur, sed necessitate. Et si quid aliud huiusmodi. Non voluntate autem, hoc est, volitione volumus, quis vel delirus aut levis dixerit? Et paulo inferius ad instantius agens: Quod si non hoc modo dixerit, sed dixerit se, quia necesse est, vi divina praesentia ut velit, ipsam voluntatem, id est, volitionem, in potestate non habere (id est, non esse liberam nobis) occurreret ex eo quod ipse dixit, cum quaequidem, utrumque, beatus sit futurus. Respondisti enim quod iam esset, beatus si potestas esset in te: velle enim, sed nondum posse dixisti. Vbi ego subieci, de te, id est, de ore tuo, clamasse veritatem: non enim negare possumus habere nos potestatem, nisi cum nobis quod volumus deest. Dum autem volumus, si ipsa voluntas, id est, volitio, deest nobis, non velle volumus: Quod si fieri non potest ut dum volumus non velimus: adeo, utique voluntas volentibus: nec aliud quicquam est in potestate, nisi quod volentibus adeo: voluntas revera nostra, id est, volitio, nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate. Porro, quae est in potestate, LIBERA NOBIS EST. NON ENIM EST NOBIS LIBERAM, QUOD IN POTESTATE NON HABEMUS. AD T. POTEST NON ESSE QUOD HABEMUS. Haec a radicibus ostensam impossibile esse, ut volitio non sit in nostra potestate, vel non sit libera: quia impossibile, ut cum volumus non velimus, impossibile, ut cum fit, quod volumus,

Lib. 2 de lib. arbit. c. 3.  
Ibid.

